



B. C. D.

I.

Iustinianus non fuit quovis Analphabeto ru-
dior.

II. Defunctus ob æs alienum arrestari nequit.

III. A Principe malè informato ad melius informandum
provocatio sanò sensu concessa est.

IV. Carcer, Fuga & Tortura infamem non faciunt.

V. Rectores Academiæ habent merum Imperium juxta
Auth. Habita. Moribus non equidem ubique.

VI. Negotiorum gestor modò dolum, modò latam, modò
levissimam culpam præstat.

VII. Rescindente & Rescissorio Iudicio opus non est in Re-
stitutione in integr.

VIII. Actio de dolo non datur, quando ordinaria adhuc
restat.

IX. Respublica Minorum jure gaudet.

X. Testamentum, quo causæ ingratitude sec. Novell. 115.
c. 3. expressæ non sunt, non est ipso jure nullum, sed per
querelam rescindendum; quanquam Praxis aliud servet.

XI. Dominus rem suam à quocunque possessore vindica-
re potest non soluto pretio, si tempore transitus à mi-
litibus ipsi fuerit erepta.

XII. Procurator in alterius animam jurare potest.

XIII. Res in mare levandæ navis causâ ejectæ occupan-
tis non fiunt.

XIV. Filiusfamilias ne quidem mediante juramento Ex-
cept. S. C. t. Macedon. validè renunciare potest.

A 2

XV. Mu-